Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8262
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

secundum hostiensem in malo
et que in hiis fiunt / non pre-
mit in alius animus presumi
ut in c. 1 de presump. et in c.
et si xpus / de iure iur. / se-
cus in dubiis / et hoc casu lo-
quitur contrarium formatum
in glosa. sequitur capitulum

Ostquam / electio canonica
confirmanda est / sed
tamen superior ante
confirmacionem inquirere de-
conversacione / et vita electi
ubi fuit conversatus / primo
ponit unum dictum / secundo
aliud ibi / eius vita vel actus /
Nota primo quod confirmacio
est necessaria / licet electio a prin-
cipio fuit voluntaria / canonici enim
non tenentur eligere certum / sed
possunt eligere quem volunt
dummodo ydoneum / ut in c.
quia propter / eodem / superior autem
ad quem spectat electi confir-
matio tenetur ex debito electum
confirmare si nichil impedit
electum / hinc est quod potestas
confirmandi / seu eligendi
postulandi transit in casum
sede vacante / ut in c. cum
olim. de ma. et ob. et in c. ij
de insti. li. vj. secus in potestate
conferendi / seu eligendi / ut
in c. unico ne se va. li. vj
facit c. si. de regu. e. li. Nam
diversitatis racio est quia con-
firmatio / seu institucio est
necessaria / unde nullam libe-
ralitatem / superior in ea ex-
ercet / sed utitur iurisdictione
necessaria / sed collacio / vel electio

est libera de quo vide quod
dixi in dicto c. cum olim. 2o
ex hoc / et ex tex. no. quod electio
non tribuit ius plenum / ante
confirmacionem fiendam / per
superiorem debet ergo electio pri-
mo confirmari / et per con-
firmacionem acquirit electus
exercicium iuris competentis
prelatus / ante enim confir-
macionem habet ius solum inchoatum
non autem in actu / de quo in-
de bonis tex. bene dicit in c. quanto
et in c. privatorum. Et de iure
ordinarii / dicam plenius in ca.
transmissam eodem / et idem dic
in electione facta per collegium
secularem debet enim de iure
confirmari per superiorem / ut
no. per glo. et doc. in dicto c. i.
privatorum / et per illam glo.
et innocencius allegat / dixit bal.
in autent. habita C. ne fi. pro
pa. quod electio facta per univer-
sitatem scolarium / de rectore
est de iure per superiorem con-
firmanda / fatetur tamen
de consuetudine posse induci
ut sine confirmacione ad-
ministret / et ita videmus
hodie / practicari communiter
in studiis ytalie / puto tamen
consuetudinem non valere
quo ad collegia ecclesiastica
quia talis consuetudo posset
esse dampnosa multis ecclesi-
asticis / quia possent transfer-
re indigni non habita con-
firmacione a superiore / et non
est quod magis contra noceat
quam quod indigni assumantur

149